



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Praxis Beneficiorvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani
Ivrvvm Doct. Ac Comitiss, Ivrisqve Pontificii Ordinarii
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum
Patroni**

Rebuffi, Pierre

Coloniae, 1610

De resignationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63686)

ipfius redactum fuerit, inter eos communicaretur, lege Iulia. de vi priuata tenentur quod vidi in tribus miserimis sacerdotibus euenire Parifi. qui omnia beneficia impetrabant, & communibus impensis profequebantur, & praedam tanquam aggressores, diuidebant inter se, qui demum in carcere consumpti sunt.]

Incediariu in amittunt beneficia.

60 Incendiarii clerici beneficia amittunt, quia de iure ciuili capite puniuntur. *l. capitalium. §. incendiarii. ff. de penis. vbi dicitur text. plerumque viui exuruntur, & pessimam, & depopulatricem, & horrendam incendiariorum malitiam autoritate Dei & beatorum Apostolorum Petri & Pauli omnino detestamur: vt ait Imo. in ca. pestimam. 23. q. 8.*

Beneficiarius pro graui delicto beneficiu amittit.

61 Insuper ne lectorem tot criminibus onerem, aliam non prosequar crimina: sed generaliter notandum addam, quod clericus debet priuari beneficio pro quocunque graui delicto, non aliis *per tex. in cap. satis peruersum. §. distincti. & cap. inuentum. 15. q. 7. Panorm. inc. ex iud. de penis. doct. in cap. ar si clerici. §. de adulter. & cap. cum non ab homine, de iud. caueat ergo illa committere, quicumque non vult beneficia amittere.*

Priuari quis non debet nisi a iure thicatur.

62 Non tamen haec priuationis beneficii poena debet infligi a iudice, nisi exprimat a iure *gloss. sing. in cap. si de iure pat. cap. si compromissarius de ele. lib. 6. §. optimum in aucten. de non eligend. secund. nuben. colla. 2. las. in l. illam. nu. 12. de colla.*

Per sententiam.

63 Nisi iudex condemnaret clericum esse degradandum, & traderetur iudici seculari, iuxta text. in c. cum non ab homine de iud. & inc. degradatio, de penis. in 6. tunc quoque poterit eadem sententia priuare eum suis beneficiis.

Per sententiam.

64 Alioqui per sententiam latam super illis quos non crimine, non est quis priuatus beneficio: expressus nisi fuerit hoc expressum in sententia. *cap. beneficiis si qualiter. 2. ibi, quo ad diminutionem capitis, id hoc non est degradacionem inuenitur, de accus. & Rot. primatur. in decis. vlti. de re iud. Baldus in l. cum fratre. C. de his quibus in iud. Ioan. de Ana. in cap. fin. col. 1. de homicid.*

65 Nisi priuatio beneficii ipso facto ir-

rogetur, textus in c. 1. §. sacri. vbi Domi. Gem. de homic. lib. 6. Pan. in c. inter circa. fin. de excess. pre. l. Ioan. Bern. in praxi criminali. ca. 123. in verb. beneficiis priuari.

66 Hoc postremo non est omittendum, quod si clericus in terra ecclesiae sterili, & inculta suis expensis & industria vineam plantauerit, licet postea beneficio priuetur etiam propter delictum, tamen sibi ex bono & aequo relinquatur illa vinea ad vitam suam: vt asserunt Iun. & Pan. in c. si de pecculo cler. quos sequitur Barba. col. 3. facit quod scribitur text. & ibi doct. in cap. ad aures. de reb. eccles. Panorm. in cap. de multa. col. 4. num. 14. de preb. haetenus, de modis amittendi, veniamus ad resignationes.

Priuatione beneficio est relinquenda vinea, quam ipse plantauit.

De Resignationibus.

Sta materia non valde frequens est, & beneficiariis plurimum odiosa: cum nemo illorum resignare cupiat: ideo qua breuitate potero, istam pertractabo materiam. primo dicam, quid sit resignatio, quantum attinet ad hanc materiam. Resignatio est iuris sui libera dimissio seu cessio iuris sui ad differentiam alieni: quia iuri, quod tertius habet in beneficio renunciano, nil ago. *cap. dilectis. in fin. de preb.*

Resignatio quatuor.

Etiam dico iuris: nam si nihil iuris habeam, non possum resignare. *l. si vniuersa. de leg. C. l. raditio. ff. de acq. rer. dom. l. obseruare in fin. de offi. proc.*

Libera dimissio dicitur, non coacta, quae nullius est momenti. *c. super hoc. de renun. & inferius plenius diceu.*

De tacita Renunciacione.

Quotuplex est Resignatio? Respon. duplex est, tacita & expressa: tacita est, quae ipso iure fieri intelligitur absque verborum alia expressione: vt adipiscendosecundum quis tacite videtur resignare primum, quod de iure incopatibile est cum alio. *c. de multa, de preb.*

Duplex est resignatio.

Secundo pacifice curatum beneficium adipiscendo, videor gratiae ad alterum incompatibile renunciare. *ca. gratia. de reser. lib. 6. & elem. gratia. illo tit.*

Ter-